te in celestib; habitem? **P**e. **L**actuū aplor̄

**P**rimū quidē sermonem feti te oīb;  
otheophile que cepit ih̄c facē. i docē  
pusq; in diem qua p̄cipiens aplis p̄ sp̄m  
sanctū quos elegit assumptus ē. Quib;  
et prebiuit seip̄m viuū post passionē suā  
in multis argumentis. p̄ dies quadragī-  
ta apparens eis. i loquens te regno dei.  
Et conuestens p̄cepit eis ab ierusalem  
ne distedent. s; expectarent p̄missionem  
patri quā audistis inquit p̄ os meū.  
Quia iohannes <sup>quidem</sup> baptizauit àqua. uos  
autē baptizabimū sp̄m sancto. non post  
multos hos dies. Igitur qui auenerant  
introgabant cū dicentes. **D**ñe si in tem-  
pore hoc restitues regnū isrl̄. **D**ixit aut̄  
eis. **N**on ē uīm nosse tpa uel momenta  
que pater posuit in sua potestate. s; acci-  
pietis uitium sup uenientis sp̄us sancti  
in uos. i eritis michi testes in ierlm. et

in omni iudea et samaria. et usq; ad ultimū  
 terre. Et cū hoc dixisset uidentib; ill' ele-  
 uatus est. et nubes suscepit eū ab oculis  
 eorū. Cūq; intuerent̄ in celum euntē illū.  
 ecce duo uiri astantiū iuxta illos in ue-  
 stibus albis. qui et dixiunt. Viri galilei.  
 quid statis aspicientes in celum. Hic ih̄c  
 qui assumptus ē a uobis in celum. sic ue-  
 niet quē admodū uidistis eū. euntē i  
 celum. Allaō Ascendit d̄s in uibilatione. et d̄ns  
 in uoce tube Allaō. D̄ns in syna in sancto ascen-  
 tens in altū captiuā duxit captiuitatē. **S**martū  
**I**n illo t̄. Recumbentib; vndeā discipulis  
 appariuit illis ih̄c. et expbrauit increduli-  
 tam illorū. et duriciam cordis. quia hys  
 qui uiderant eū resurrexisse a mortuis n̄  
 crediderant. et dixit eis. Euntes in mun-  
 dum eniūsum. p̄dicate euangeliū om̄i  
 creature. Qui crediterit et baptizatus fu-  
 erit saluus erit. Qui uero n̄ crediderit.  
 condemnabit. Signa aut̄ eos qui credide-  
 rint. hec seq̄ntur. In nomine meo demo-  
 nia eiciunt. linguis loq̄ntur nouis. ser-  
 pentes tollent. Et si mortiferū quid bibe-  
 rint. nō eis nocebit. Sup̄ egros manus  
 imponent. et bene habebunt. Et d̄ns q̄de  
 ih̄us postq; locutus est eis assumptus ē

in celum. et sedet a textris dei. Illi autem perfecti predicauerunt ubique domino cooperante et sermone confirmante sequentibus signis.

**U**iri galilei quid admiramur aspicientes offere in celum hic ihesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet quemadmodum uidistis eum ascendentem in celum allia. **S**uscipe domine secret munera que pro filio tui gliosa ascensione deferimus. et excede propitiatus ut a peccatis piculis liberemur et ad uitam puram amus eternam. **P**rece sunt. **p**rofatio **Q**ui post resurrectionem suam. Et deinceps ad uigiliam pentecostes. **I**ntra actionem. **C**ommunantes et diem sacratissimum celebrantes et deum in octo. **P**salite domino qui ascendit super celos celorum ad orientem allia **c**omplin

**P**reca nobis omnipotens et misericors dominus. ut que

uisibilibus mysteriis sumenda precepimus  
inuisibili resequamur effectu. **P**recor. **D**omina

**E**xaudi domine uocem meam **i**ntra octo ascensionis

qua clamauim ad te allia tibi dixit cor meum  
qui quesui multum tuum multum tuum domine requiri-

ram ne auitas faciem tuam a me allia allia. **D**ominus illuminatio mea et salus mea quem tibi

**O**mnipotens semper bene dominus fac **O**ro. mebo.

**O**nos tibi semper et deuotam gerere

uoluntatem. et maiestati tue sincero cor-

de seruire per dñm. **L**eo ep̄le b̄ti petri apli  
**R**mnī. Estote prudentes et uigilate in  
 orationibz. Ante oīa autē mutuā in  
 uobis metip̄is caritatē etiuā h̄ntes.  
 quia caritas operit multitudinē p̄ctoz.  
**H**ospitalē in iūicē sine mūrmūrācōe.  
**M**uisquīsq; sicut accepit grām in alter  
 utrum illam admīstrant̄. sicut boni  
 dispensatores multiformis gr̄e dei. **S**i  
 quis loquit̄ quasi sermones dei. **S**i q̄s  
 ministrat tanquā ex iūite quā admī  
 nistrat d̄s. ut in omnibz honorificetur  
 deus. **P**ih̄m xp̄m dñm n̄rm. **A**llā. **R**eg  
 nauit dñs sup om̄s gentes deus sc̄et sup se  
 tem sanctā suā **A**llā. **F**ō uos relinquam  
 orphanos uato et uenio ad uos et gaudebit cor  
**T** illo ē. **D**ixit i. d. c. **C**um **S. ioh̄m** ūrm.  
 uenit paraclitus quē ego mittā uobis  
 a p̄e sp̄m uitatis qui a p̄e p̄cedit. ille  
 testimonii phibebit de me. **E**t uos testi  
 monii phibebitis. quia ab initio mecum  
 es̄tis. **H**ec locutus sum uobis. ut n̄ scan  
 dalizemini. absq; sinagogis faciat uos.  
**S**i uenit hora. ut oīs qui interficit uos.  
 arbitret̄ obsequiū se prestare deo. **E**t hec  
 facient uobis. quia nō nouerunt patrē  
 neq; me. **S**i hec locutus sum uobis. ut

cum uenit hora eorum remiscamini quia ego  
dixi uobis. Ascendit deus in iubilatione offer-  
ti dominus in uoce tue alla **Sacrificia nos secundum**  
**dñe immaculata purifcent. et mentibus**  
**nris supne ḡte dent uigorem.** per. **com**

**P**ater cum esset cū eis ego seruabam eos q̄s  
dedisti michi alla nūc autē ad te uenio nō rogo  
ut tollas eos te mūto s̄i ut serues eos a malo.  
alla alla **R**epleti dñe munibz sacris apli-  
da quis. ut in gratiarū semp actioē ma-  
neamus. **V.** Die ueneris p' octā ascensio-  
nis si festum nō fuit missa dī de dñica p-  
terita. **In die sancto penthecostes Introit'**

**S**p̄itus domini repleuit orbē  
terrā allā et hoc qđ etinat o-  
mnia scām habet uocis allā  
allā allā. **V.** Omnia est enim  
artifex omnē habens uititem  
omnia prospiciens. **Gla Oro**

**D**eus qui hodierna die corda fitelū  
sancti sp̄us illustratione docuisti  
da nobis in eodem sp̄u recta sapere. et de  
euis semp consolatione gaudere per do-

**In unitate eiusdem. Iccō actū aplorū**  
**T**h̄ diebz illis. Diūn compleuerūt dies  
penthecostes. erant omnes discipuli p̄it  
in eodem loco. Et factus ē repente de ce-

lo sonus tanq; aduenientis spūs uehem  
 mentis. i repleuit totam tomū ubi erat  
 sedentes. Et apparuerūt illis dispertite  
 lingue tanq; ignis. seditq; sup singlos  
 eorum. Et repleti sunt omnes spū scđo.  
 i ceperunt loqui uarijs linguis. prout  
 spū scđs dabant eloqui illis. Erant autē  
 in ierlin habitantes iudei uiri religiosi.  
 ex omni natione que sub celo est. facta  
 autē hac uoce conuenit multitudo i mē  
 te confusa est. quōd audiebat unusq; scđ  
 lingua sua illos loqñtes. Stupebant at  
 omnes. i mirabantur dicentes. Nonne  
 ecce omnes isti qui locut̄ galilei sunt?  
 Et quomodo nos audiūimus unusq; scđ  
 linguiam nram in qua nati sum? Parthi  
 et medi i elamite. i qui h̄itant mesopo-  
 tamiam. i uideam i capadociam. pontum  
 et asiam. frigiam i pamphiliam. egyptū  
 i ptes libie que est circa tyrenen. i adue-  
 ne romani. iudei quoq; i pseliti. cretes  
 et arabes. audiūimus eos loqñtes nris  
 linguis magnalia dei. **A**lla. Emitte spm  
 tuū et creabunt i renouabis faciem tūc **A**lla.  
 Veni sancte spūs reple tuor corda fidelium i tui ad  
**S**ancti spūs seqñcia ris i eis ignem accende.  
 assit nobis grā **Q**ue corda nra sibi fatiat

habitaculum **E**xpulsis inde cunctis uiciis spi-  
ritalib; **S**piritus alme illustrator hominum **H**or-  
ridas nre mentis purga tenebras **A**mator sc̄e  
sensator semp̄ cogitatiū. **I**nfinite unctionē tuā  
clemens nris sensib; **T**u purificator oīm fla-  
gitior sp̄us **P**urifica nri oculū int̄ionis hoīs.  
**U**t uiteri sup̄mis genitor possit a nobis **M**u-  
di cordis quē soli certe possunt oculi **P**rophe-  
tas tu inspirasti ut p̄conia xp̄i p̄tinuissent inclita  
**A**póstolos confortasti uti tropheū xp̄i p̄ totum  
mundū uehent **Q**uanto machinā p̄ ubum suū  
fecit d̄s celi tre mariū. **T**u sup̄ aquas foturus  
eas numen tuū expandisti spiritus **T**u anab;  
iuicandis aquas fecundas **T**u aspirando  
das spiritales esse hoīes **T**u diuīsum per lin-  
guas mundū i ritus adunasti dñe **Y**tolatras  
ad cultū dei reuocas magistros optime **E**xgo  
nos supplicantes tibi exaudi pp̄cius sc̄e sp̄us  
**S**ine quo preces om̄s casle credunt i indigne  
dei aurib; **T**u qui oīm seculor̄ sanctos. **T**u i  
numinis docuisti instinctu amplectento sp̄us  
**I**ps̄e hodie apl̄os xp̄i. **D**onans mūne in solito  
i cunctis inaudito ppl̄is **N**unc diem glōsir;  
fecisti **S**ancti sp̄us assit nobis grā. **A**men.  
**I**sta sequentia dī infra octauas penth.  
**V**eni sancte sp̄us i emitte celitus lucis tue  
radium **V**eni pater pauperū ueni dator mune-

rum ueni lumen cordū. In labore requies in e-  
stu tempestis in fletu solatiū. Consolator opti-  
me dulcis hospes aīe dulce refrigeriū. O lux be-  
atissima reple cordis intima tuorū fideliū. Sine  
tuo numine nichil est in hoc nichil ē innoxiu.

**L**aua qd̄ est sordidū riga qd̄ est aridū sana qd̄  
est sanctū. Electe q̄ ē rigidū foue q̄ ē frigidū  
rege q̄ ē deuiū. Da tuis fidelib; in te confite-  
tib; sacro septenariū. Da uitatis mūtū da salu-  
tis exitū da phenne gaudiū. Amen.

**S**i ohamne  
**I**n illo t. Dixit i. d. s. Si quis diligit me  
sermonem meū seruabit. Et pater meus  
diliget eū. et ad eū ueniens et mansi-  
onem apud eū faciem. Qui nō diligit  
me sermones meos nō seruat. Et sermo-  
nem quē audistis nō est meus. sed eius  
qui misit me p̄s. Hec locutus sum uo-  
bis apud uos manens. Paraclitus aut̄  
sp̄us sanctus quē mittet p̄i in noīe meo.  
ille uos docebit oīa. et suggesteret uobis  
oīa quietūq; dixerō uobis. pacem velin-  
quo uobis. pacem meā dō uobis. Non  
quoniam mūtus dat. ego dō uobis. Nō  
turbet cor uīm neq; fornūdet. Audistis  
quia ego dixi uobis. uato i uenio ad uo-  
Si diligētis me gauderetis utiq;. quia  
uato ad patrē. quia p̄i maior me est. Et

nūc dixi uobis prius q̄; fiat ut cū factū  
fuerit credatis. Nam nō multa loquar uo-  
biscum. uenit enī princeps mūdi hui⁹. et  
in me nō habet quicq; Si ut cognoscat  
mūdus quia diligo p̄em. & sicut manda-  
tum dedit michi pater. sic facio. **Q**on-off.  
firma hoc d̄s qđ operatus es in nobis a templo sc̄o  
tuo quod est in ier̄lm tibi offerent reges munā  
allā **M**unera dñē q̄s oblata sancti **sec̄-**  
fica. & corda n̄a sancti sp̄us illustratione  
emunda. **P**. in vnitate eiusdē **p̄fatio** Qui  
ascendens sup̄ omnes celos. **I**nfra actionē  
**Q**omunicantes & diem saceratissimū te-  
al' **I**nfra acti. **H**anc igit̄ oblationē. **E**t dicit̄  
usq; ad octā. **F**actus ē repente de celo son⁹ cōm  
aduenientis sp̄us uehementis ubi erant sedentes  
allā & repleti sunt om̄s sp̄u sc̄o loq̄ntes magnalia  
tei allā allā. **S**ancti sp̄us dñē corda n̄a **apl.**  
mūdet infusio. & sui roris intima aspersi-  
one fecundet. **P**. in vnit̄ eiusdē. **I**ntra octā;  
pent̄. nō fit te alio aliquo festo sed post  
**O**ctauā celebrantur. feria secūda **I**nt̄  
**I**bauit eos ex adipe frumenti allā et de pēt  
melle saturauit eos allā allā allā **E**xultate deo  
adiutori n̄o iubilate deo iacob. Gl̄ia p̄n **orō**.  
**D**eus qui aplis tuis sanctū dedisti  
sp̄m concēde plebi tue <sup>pre</sup>petitionis

effectū. ut quibz tediſti fidem largiariſ  
 et pacem. p. in vniſ. euſte. **Lactuū aplor**  
**T**diebus illis. Aperiens petrus os ſuū  
 dixit. Viri frēs. i p̄es. nobis p̄cepit dñs  
 p̄dicare p̄plo. i teſtificari. quia ip̄e eſt qui  
 conſtitutus eſt a deo. iudex viuoz. i mor-  
 tuoz. Huic omnes pphete teſtimoniū per-  
 hibent remiſſiōne peccatorū accipere p no-  
 men eius. omnes qui credunt in eūm.  
**A**d huc loquente petro uiba hec. cecidit  
 ſpiritus sanctus ſup omnes qui audie-  
 bant uibum. Et obſtupuerunt ex circum-  
 aſiōne fideles qui uenerant cū petro. qā  
 et in nationes grā ſpūs ſancti effuſa eſt.  
**A**udiebant enī illos loqñtes linguis. et  
 magnificantes teū. **L**unc rūdit petrus.  
**N**unquid aquā quis. phibere potest. ut  
 nō baptizentur hu. qui ſpīn ſanctū acce-  
 pecunt ſicut i nos. Et iuſſit eos baptizari.  
 in noīe dñi n̄i ihu xp̄i. **A**lla. Loquebāt  
 uarūs linguis apli magnalia tei. **A**lla. Veni  
 ſancte ſpūs reple tuor corda fideliū. i tu amoris  
 in eis ignem attende. **I**nſta octa; quotti die dī  
 ſeqñtia Sancti ſpūs ul. Veni ſcē. **S**in iohannē.  
**F**illo t. **D**ixit i. d. l. **S**ic deus dilexit mu-  
 dum. ut filium ſuū unigenitū daret. ut  
 omnis qui credit in illum nō pereat. s.

halbeat uitam etiam. Non enī misit d's  
filium suū in mundū ut iudicet mundū.  
Sicut saluetur mundus p ipm. Qui credit  
in eī nō iudicat. Qui autē nō credit ī eī  
iam iudicatus ē. quia n̄ credit in nomine  
unigeniti filij dei. Hoc est autē iudicium.  
quia lux uenit in mundū. et dilexunt hoīe  
magis tenebras q̄ lucem. Erant enī eorū  
mala opera. Omnis enī qui male agit  
odit lucem. q̄ nō uenit ad lucem. ut non  
arguant opa eius. Qui autē facit uitatez  
uenit ad lucem. ut manifestent opa eius.  
quia in teo sc̄a sūt oīa. Intonuit de celo offer-  
dñs. et altissimus dedit uocem suam et apparuerūt  
fontes aquarū allā **P**ropicius q̄s dñe secr̄  
hec dona sanctifica. et hostie spiritalis obla-  
tione suscep̄ta nosmetip̄os tibi p̄fice mui-  
nus eternū. p. Sp̄us sanctus totebit uos cō.  
allā queāq; dixerō uobis allā allā **A**ddesto ap̄l.  
qūs dñe pp̄lo tuo. et quē mīsteriū celestib;  
imbuisti. ab hostiū furore defente. p. **f**eria  
**A**ccipite iocunditatē glie uīre allā grācias iū.  
agentes teo qui uos ad celestia regna uocā-  
uit allā allā allā. Attendite pp̄le mīs legem meā;  
incline aurem uīram in uība oris mei. **O**ratio  
**A**ssit nobis qūs dñe uirtus sp̄us sc̄i.  
Aque et corda nostra clementē expurget.

**E**t ab omnibz semp tueat̄ adūsis. p. cīdē.

**H** diebz illis. Cum audis lē. actuū aplor

sent apli qui erant uelimis. quia recepit

samaria uerbū dei. miserūt ad eos pe-

trum et iohannē. Qui cū uenissent o-

rauerunt p ip̄is. ut accipent sp̄m sc̄m.

**H** ondū enī in quēquam illorū uen'at.

sed baptizati tantū erant in nomine dñi

ihu. Tunc imponebant manus super

illos. & accipiebant sp̄m sanctū. **Allā**

**S**p̄us sanctus docebit uos. quæcūq; dixerō uo-

bis. **Allā** Veni sancte sp̄us. **Scdm iohannē**

**H** illo ē. **Dixit i-d-s.** Amen amen dico

uobis. qui nō intrat p ostium in ouile

ouū sed ascendit aliuīte. ille fur est et

latro. Qui autē intrat p ostū. pastor ē

ouū. Huic ostiarius aperit. & oues uo-

cem eius audiunt. & pprias oues uocat

nōiatim. & eductit eas. Et cū pprias oues

emiserit ante eas uadit. & oues illum

secuntur. quia uocem eius sciūt. Alienū

autē nō secint. si fugiūt ab eo. quia nō

nouerūt uocem alienorū. **Hoc pūbius**

dixit eis ihus. Illi autē nō cognouerūt

quid loqueretur eis. **Dixit ergo eis** ite-

rum ihc. **A**men amen dico uobis. qā

ego sum ostū ouū. Om̄s enī quotqt

ante me uenerunt. fures fuerūt et latro-  
nes. si nō audierūt eos oues. Ego sum  
ostium. p me si quis introierit saluabit.  
et ingredieſ i egredieſ. i pascua inueni  
et fur nō uenit. nisi ut fureſ. i mactet et  
pdat. Ego ueni ut uitam habeant. i ha-  
bundantius habeant. Portas celi ape off-  
riuit dñs i pluit illis manna ut edent panē celi

dedit illis panē angelorū manducauit homo allā

**P**urificet nos qūs dñe muneris **secreta**  
pntis oblatio. i dignos sacra pticipatio-  
ne efficiat p. Spūs qui a pīe pcedit allā **co.**  
ille me clarificabit allā allā **M**entes **pln.**  
nrās qūs dñe spūs sanctus diuinis re-  
paret sacramentis. quia ipē est remissio  
ōm̄i pctorū. P. in vniū euistē **feria iiij. iiij.**

**D**eus dum egredieris corā pplo tuo **tpm**  
allā iter faciens eis allā habitans in ill  
allā allā **v.** Exurgat teus i dissipent inimici ei  
i fugiant qui oterūt eum a facie eius. Glia pī-

**M**ōremus i nō dī flectam genua. oī  
entes nrās qūs dñe paraclitus q  
a te pcedit illuminet. i inducat in omēz  
sicut tuus pmissit filius uitatem. **Quid.**

**N** diebus ill. **L**actuū aplorū in vnit. ei<sup>z</sup>tē  
**S**tans petrus cum vndeſ leuauit uocez  
suā. i locutus est eis. **Viri uidei. et qui**

habitatis irlm vniisi. **H**oc uobis notū  
 sit. i aurib; p̄cipite uba mea. **N**on enī  
 sicut uos estimatis. hū ebrū sunt. cū sit  
 hora diei t̄cia. s; hoc ē quod dictū est per p̄  
 phetam iohel. **E**t erit in nouissimis dieb;  
 dicit̄ effundam te spū meo sup omnes  
 carnē i p̄pheta bunt filū uīi i filie uīe. Ju-  
 uenes uestri uisiones uidebunt. i senio-  
 res uīi somnia somniabūt. **E**t quidem  
 sup seruos meos i sup ancillas meas i  
 diebus illis. effundam te spū meo et p̄  
 pheta bunt. **E**t dabo p̄digia in celo sursum  
 i signa in terra deorsum. sanguinē i ignē  
 i uaporem sumi. Sol rūtetur in tenebras.  
 i luna in sanguinē anteq; ueniat dies  
 dnī magnus i manifestus. **E**t erit. **O**is  
 quiq; inuocauit nomen dnī saluus  
 erit. **A**llā. Verbo dnī celi firmati sunt et spū  
 ois eius ois uitus eoz **hic dī** dñs uobistū. **oīō**

**D**icesta qūs omnip̄ns i mīcoris d's. ut  
 spiritus sanctus adueniens. tēplū  
 nos glie sue dignant̄ inhabitando p̄si-  
 ciat. p. in vnit euistē. **N**b hac die usq; dnī  
 ca; sequentem post orō; diei dī orō. Ecclie tue  
 uel Deus omn̄m fidelium pa. l'ctō actuū aplōr  
**T** dieb; illis. p̄ manus autēz aplōr fi-  
 ebant signa i p̄digia multa in plebe. et

<sup>sonamus</sup>  
erant omnes in porticu salomonis. Ceterorum autem nemo audebat sciungere illis. sed magnificabat eos plus. Magis autem augebat credentium in domino multitudo uirorum ac mulierum. ita ut in plateis essent infirmos. et ponent in lectulis et grabatis. ut ueniente petro saltem umbra illorum obumbraret quemque illorum. et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurribat autem multitudo uicinarii ciuitatum ierlin. affrenentes egros et uexatos a spiritibus immunitis. qui curabant omnes.

**T**unc illo tempore dixit iesus dominus. **N**emo enim sicut iohannes potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes toti biles dei. **O**mnis qui audiuit a patre et didicit uenit ad me. **N**on quia patrem uidit quisquam nisi iesus qui est a deo hic uidit patrem. **A**men amen dico uobis. qui credit in me habet uitam eternam. Ego sum panis uite. patres vestri manducauerunt manna in deserto. et mortui sunt. **H**ic est panis de celo descendens. ut si quis ex ipso manducauit non moriat. Ego sum panis vivus. qui de celo descendens. **S**i quis manducauerit ex hoc pane. uiuet in eternum. Et

panis quē ego dabo. caro mea ē p mūdi  
uita. **M**editabor in mandatis tuis que offer-  
dilexi ualte et leuabo manus meas ad mandata  
tua que dilexi allā. **A**ccipe quīs dñe secrēt  
munus oblatū et dignant opare qđ mi-  
sterijs agim? pījs effectibus celebrem? p.

**P**acem meā dō uobis allā patem relinquo **cō.**  
uobis allā allā **S**umentes dñe celestia **apl.**  
sacramenta qđ clementiā tuā ut qđ tem-  
poralit' gerimus. etiūs gaudius aseqmūr  
**p.** feria qñta officium misse et orones re-  
sumūt de die penth. **L**ectio attuū aplorū

**T** dieb; illis. philippus descendens i ci-  
uitatem samarie pdicabat illis ihm. In-  
tentebant autē turbe hys que a philippo  
dicebanſ. unanimit audientes et uidentes  
signa que faciebat. Multi enī illorū qui  
habebant spūs immūdos. clamantes  
uoce magna exibant. Multi autē palitici  
et claudi curati sunt. factū est autē ma-  
gnū gaudiū in ciuitate illa. **Scdm lucā.**

**T** illot. Conuocatis ihs duodecī aplis.  
redit illis iūtūtē et p̄tatem sup oīā demoi-  
a et ut languores curarent. Et misit illo  
predicare regnū dei. et sanare infirmos.  
Et ait ad illos. **F**richil tuleritis in uia.  
neq; uirgam. neq; peram. neq; panem.

neq; pecuniam. neq; duas tunicas hēatis.  
Et in quantūq; domū intrauit̄ ibi ma-  
nete. iuste ne exeat̄. Et quicāq; nō re-  
cepit̄ uos. exeūtes de ciuitate illa. etiā  
puluere pedum uero extucite in testimo-  
niū supra illos. Egressi aut̄ circuibant  
p castella. euangelizantes. i curantes ubiq;

**R**epleat̄ os meū laute tua allā ut **feria vi.**  
posse cantare <sup>gl̄ia tua</sup> allā gaudebunt labia mea dū  
cantauerō tibi <sup>allā</sup> **v.** In te dñe spau nō confundar  
in etiū in iusticia tua libera me i etipe me. **oīo.**

**D**a qūs ecclie tue mīcōs d's. ut spū  
sancto congregata. hostili nullaten?  
incursione turbet̄ p. in unit̄ eiusde; **lccō**

**H**ec dicit dñs deus. Exul **iohel' pphete.**  
itate filie syon. i letanū in dño deo  
uero. quia dedit uobis doctore iusticie et  
descendē faciet ad uos ymbrem matuti-  
num et serotinū sicut a principio. Et im-  
plebunt̄ horrea uīra frumento. i redūda-  
bunt torcularia uīno. i oleo. Et comedē-  
tis uescentes. i saturabimū. i laudabit̄  
nomen <sup>dni</sup> dei nři. qui fecit uobiscū mirabi-  
lia. Et nō confundet̄ ppls meus in se-  
piternū. i scietis qā in medio isrl' ego sū.  
Et ego dñs d's uīr. i nō est amplius. i nō  
confundet̄ ppls meus in etiū. **N**it dñs

om̄ p̄is. **A**llā. O qm̄ bonus & qm̄ suauis est  
 dñe sp̄us tuus in nobis. **A**llā. Veni sc̄e sp̄s **S**m̄  
**T**h illo ē. factū est in vna dierum. **L**ucas  
 et ih̄c sedebat totens. Et erant p̄hei sc̄etētes  
 & legiſ doctores qui ueniant ex om̄nī castello  
 iudee & galilee & ierlin. & uetus dñi erat ad  
 sanandum eos. Et ecce iuri portantes in  
 lecto hoīem qui erat paliticus. & querebat  
 eum inferre & ponere ante eū. Et nō inue  
 nientes quā parte illum inferrent p̄tur  
 ba ascenderunt sup̄ tectum. & p̄ tegulas  
 submiserunt illum cū lecto in medio &  
 ante ihm. **Q**uorū fitē ut uidit dixit. &  
**H**omo remittūt̄ tibi p̄cta tua. Et ceperūt̄  
 cogitare scribe & pharisei ditentes. **Q**uis  
 est hic qui loquit̄ blasphemias. **Q**uis  
 potest dimittere p̄cta nisi solus d̄s. **O**t co  
 gnouit aut̄ ih̄c cogitationes eoz. r̄ndēs  
 dixit ad illos. **Q**uid cogitatis mala in  
 cordib; urbis. **Q**uid ē facilius dicere di  
 mittūt̄ tibi p̄cta tua. an dīcē surge et ā  
 bula. **O**t sciatis aut̄ quia filius homūs  
 habet potestatem in terra dimittendi peccata.  
 ait paralitico. **T**ibi dico surge tolle  
 lectū tuum. & uade in domū tuam. **E**t cō  
 festim surgens coram illis. tulit lectū suū  
 in quo iacebat. & abiit in domū suā ma

guificans deū. Et stupor apprehendit oēs.  
i magnificabant deū. Et repleti sunt ti-  
more dicentes. quia uidimus mirabi-  
lia hodie. **L**auda aīa mea dñm lauda offer-  
bo dñm in uita mea psallam deo meo q̄dū ero  
allā **S**acrificia dñe tuis oblata con*secr*-  
spectib; ignis ille diuinus assumat. q̄  
discipulorū xp̄i filij tui p sp̄m sc̄m corda  
succedit. p eund. in vñt. eiusdem. **cōm**  
**D**on relinquā uos orphanos ueniā ad uos i-  
terum allā i gaudebit cor uīm allā allā. **apl̄n.**  
**S**umpsumus dñe sacri dona misterij  
hūiliter dep̄cantes. ut que in tui emēo-  
ratione nos facere p̄cepisti. in nře pfici-  
ant infirmitatis auxiliū. **Q̄ vi. Sabbo**  
**Q**aritas dei diffusa ē in cordib; uīris allā per  
inhabitante sp̄m eius in nobis allā allā.  
**v.** Benedic aīa mea dño i oīa que intra me sunt  
nomū sancto eius. Glia p̄n. **O**rōnes subscri-  
**M**pte dicunt sine flectam̄ gē. Orem?  
Mentib; nřis qūs dñe spiritū sc̄m  
benignus infunte cui sapientia cōdi-  
ti sum? i piuidentia gubernam. p. i vñt  
eiusdem. **p**phetia prima. l.c. Johelis p̄ph.  
**H**ec dicit dñs deus. Effundam te sp̄n  
meo sup omnē carnē. i pphabunt  
filij uīi i filie nře. Senes uīi somnia so-

mniabunt. et iuuenes uiri uisiones ui-  
debunt. **H**z et sup seruos meos et ancilla-  
meas in diebus illis. effundam te spū  
meo. et prophetabunt. Et dabo prodigia in  
celo sursum. et signa in terra teorium. et  
sanguinem et ignem et uaporem sum. **S**ol  
conuertet in tenebras. et luna in sanguine.  
anteq; ueniat dies dñi magnus  
et horribilis. Et erit. omnis qui cūq; in-  
uocauit nomen dñi saluus erit. **A**lla

**I**Spūs est qui uiuiscat caro aut nō pdest qdō  
Ilo nos igne quis dñe spūs sanct? **Ore**  
inflammet. quē dñs nūc ihc xp̄c misit  
in firmam. et uoluit uehementē accendi. **Q**  
tētū in vnit eiusdē. **Pphia. ii. 1. li. leuitici.**

**I**n dieb; illis. locutus ē dñs ad moy-  
sen dicens. Loquere filijs isrl. et dices  
ad eos. Cum ingressi fueritis terram  
quā ego dabo uobis. et messueritis se-  
getem. feretis manipulos spicarū pri-  
micias messis ure ad sacerdotem. Qui  
eleuabit fasciculum corar dño. ut acce-  
ptabilis sit p uobis altera die sabbati.  
et sanctificabit illum. **N**umerabis  
ergo ab ipso die in quo obtulisti ma-  
nipulos p̄miciarū septem ebdomadas  
plenas. usq; ad alteram diē expletiois

ebdomate septime. et sic offerentis sacrificium nouum domino ex oib[us] h[ab]itaculis uiris.  
Panes p[re]miciarum duos te duab[us] decimū simile. quos eleuabit sacerdos coram e[st]o. Cumq[ue] eleuauit eos sacerdos cu[m] panib[us] p[re]miciarū coram domino. cedent in usum eius. Et uocabitis hunc diem celeberrimum atq[ue] sanctissimum. Omne op[er]e seruile nō facietis in eo. legittimum semperiternū erit in cunctis habitaculis et generationibus uiris. Dicit dominus omnipotens. **A**lla. **S**piritus domini ornauit celos. **A**lla. **Oremus.**

**D**eus qui ad ai[us] medelam ieiunij deuotione castigari corpora p[re]cepisti. concede nobis propicius. et mente et corpore semper tibi esse deuotos. **P**. **p[ro]ph[et]ia. iii. 1. li. te**

**T**h[er] diebus illis. **D**ixit moyses. **ut r[ec]onvenerimus**  
**A**udi israel que ego p[re]cipio tibi hodie. Cu[m] intrauis terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidenda. et obtinueris eam atq[ue] habituus in ea. ut tolles de cunctis frugibus tuis p[re]micias. et pones in cartallo. p[er]gensemque ad locum quem dominus deus tuus elegit. ut ibi inuocetur nomine eius. **A**ccedesque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis. et dices ad eum. **P**rofiteor hodie coram domino deo tuo. qui exaudiuit nos. et re

specit humilitate nřam. et laborem atq; angustias. et eduxit nos de egypto ī ma-  
nu forti et brachio extento. ingentior; pa-  
uore insignis atq; portentis. et introdux  
ad locum istū. et tradidit nobis trā lacte  
et melle manantē. Et utrōcū nūc offero  
p̄micias frugū tēre quā dñs teus tuus  
dedit michi. Et dimittes eos in aspectu  
dñi dei tui. et adorato dñō deo tuo epu-  
laberis in omnib; bonis. que dñs teus  
dederit tibi. **Alla** **et** **Dum** completerent̄ dies  
penthecostes etant omnes p̄t dicentes. **Orem?**

**P**resta quīs om̄ps teus. ut salutarib;  
ieiunus etiudini. ab omnib; etiam  
uiuis abstinentes. ppiciationē tuā faci-  
lius imp̄tem. p. **aphiaūj.** L. li. leuitici.

**T**dieb; illis. **Dixit** dñs ad moysen. **Hi**  
in p̄ceptis meis ambulauitis. et manda-  
ta mea custodieritis. et feceritis ea. dabo  
uobis pluuias temporib; suis. et terri-  
gignet germinen suū. et pomis arbores  
i plebunt. apprehendet messuū tritura  
vintemua. et vintemua occupabit semen-  
tem. Et comedetis panem uirū in saturi-  
tate. et absq; paucore hababitis in terra  
uirū. Dabo pacem in finib; uiris. dormi-  
ctis. et nō erit qui exterreat. **A**uferam

**L**oq; filijs isrl. et dices ad eos.

malas bestias a uobis. et gladius non  
transibit timidos uiros. Persequimur ini-  
micos uros. et corrueant cora uobis. Pse-  
quent quinq; de uiris centu alienos. et ten-  
tum de uobis decem milia. Catent umi-  
ti uiri in conspectu uiro gladio. Respiciar  
uos et crescere faciam. Multiplicabimur.  
et firmabo pactu meu uobis. Et come-  
detis uetiissima ueteru. et nouis super-  
uenientib; uetera pietatis. Ponam tabna-  
culum meu in medio uiri. et nō abiciet  
uos ultra aia mea. Ambulabo in fuos.  
et ero uir deus. uosq; eritis pplius meus.

Dicit dñs omnip̄ns. Alla. Veni sancte sp̄c  
reple tuor; corda fidelium et tui amoris in eis igne

**P**resta quis om̄ps d̄s Orem?. attende.  
sic nos ab epulis carnalib; abstine-

ut a iuitijs irruentib; p̄f ieuinemus. P.  
**p̄phia v. lccō danielis pp̄hx** In dieb; illis.

Angelus dñi viij. Alla. Benedictus es to-  
mine deus patru uirox et laudabilis insecula.

**finito v. d̄s** Glia in extels sequit dñs uobis.

**D**eus qui trib; pueris mitigasti ordo.  
flamas igniū: concede pp̄cius. ut

nos famulos tuos nō exurat flama

**F**uitorum. Pet. Leb. p. a. Ad romāos  
Res. Justificati igit ex fide pacē ha-

beamus ad deū. p dñm nēm ih̄m xp̄m. p  
 quē r accessum habemus p fidem in gra-  
 ciā istam in qua stamus. et gloriamur  
 in spe glie filiorū dei. Non solum autē  
 s; i gloriam in tribulationib;. scientes qā  
 tribulatio pacientia opat. pacia autē p-  
 bationē pbatio uō spēm. Spes autē nō  
 confundit. quia caritas dei diffusa est  
 in cordib; nūris. p sp̄m sanctū qui datus  
 est nobis. **L**aude dñm om̄s gentes **tract?**  
 & collaudate eū omnes ppli. Quoꝝ confirmata  
 est sup nos m̄ia eius & uitas dñi manet in eternū.  
**pōstea di seq̄ntia Sancti sp̄us. Scđm lucam**  
**I**n illo t. Surgens ilic de synagoga i-  
 trouuit in domū symonis. Doctrus autē  
 symonis. tenebat magnis febrib;. Et  
 rogauerunt illum p ea. Et stans super  
 illam impauit febri. & dimisit illar;. Et  
 etinuo surgens. misstrabat illis. Cum  
 sol autē occidisset om̄s qui habebant in-  
 firmos uarijs languorib;. ducabant il-  
 los ad ih̄m. At ille singulis manus i-  
 ponens. curabat eos. Exibant & demōi-  
 a a multis clamancia & dicentia. quia  
 tu es filius dei. Et increpans n̄ sinebat  
 ea loqui. quia sciebant ip̄m esse xp̄m.  
 facta autē die. egressus ibat in desertū

locum. et turbe requirebant eum. Et uenerunt usq; ad ipm. et detinebant illū ne discederet ab eis. Quib; ille ait. Quia i alijs ciuitatib; oportet me euangelizare regnū dei. quia ad hoc missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee off.

**D**omine deus salutis mee in die clamaui. in nocte coram te intret oratio mea in conspectu tuo dñe allā

**A**ccepta tibi sint dñe nra ieunia et **secū**  
presta nobis quis huius muniē sac̄mēti  
purificatū tibi pectus offerre. **Pto.** **com**

**S**piritus ubi uult spirat et uocem eius audis allā  
si nescis unde ueniat aut quo uadat allā allā **xpl**

**P**rebeant nobis dñe diuinū tua sancta  
feruorem. quo eorū pīt et actu delectem̄  
et fructu. **P.** **N**ota qd̄ in ista dñita in qua  
plurib; locis festum sancte Trinitatis ce  
lebraſ ſolemnif et dignū et iustū est. dñi.

**O**mne in tua misericordia **ca pma p' penth.**  
ſperauit exultauit cor meū in salutari  
tuo cantabo dño qui bona tribuit mi  
**S**us quo dñe obliuiceris me in fine usq; q  
**D**eus in te ſpe **oro.** autis facie tuā ame  
riantū fortitudo. atesto p̄picius i  
uocationib; nr̄is. et quia ſine te nichil  
potest mortalis infirmitas. p̄ra auxili  
ium ḡre tue ut in exequendis mandati

tuis. & uoluntate tibi ratione placea-  
**R**tuī. Deus Icō e b. ioh̄is aplim̄us. p.  
 caritas est. In hoc apparuit caritas  
 dei in nobis. quōz filium suū om̄igeni-  
 tum misit deus in mūdū. ut vivamus  
 p̄ eū. In hoc est caritas nō quasi nos dile-  
 xerimus deū. s; quōz ip̄e prior dilexit &  
 nos. & misit filium suum pp̄iciationez  
 p̄ p̄ctis n̄ris. Rūm̄. si sic deus dilexit no-  
 s. in nos debemus inuicem diligere. Deū  
 nemo uidit unq̄. Si diligamus inuicem.  
 deus in nobis manet. & caritas ei⁹  
 in nobis pfecta ē. In hoc intelligamus  
 quōz in eo manemus & ip̄e in nob̄. quōz  
 de spū suo dedit nobis. Et nos uidim⁹  
 et testificam⁹. quōz pater misit filium  
 suū saluatorē mūdi. Quisquis effess⁹  
 fuit quōz ih̄us⁹ est filius dei. deus in  
 eo manet & ip̄e in deo. Et nos cognoscim⁹  
 uimus & credimus caritati qua; h̄t  
 deus in nobis. Deus caritas ē. Et qui  
 manet in caritate. in deo manet & deus  
 in eo. In hoc pfecta ē caritas nobiscum.  
 ut fiduciam⁹ habeam⁹ in die iudicii. qā  
 sicut ille est. in nos sum⁹ in hoc muonto.  
 Timor nō est in caritate. s; pfecta cari-  
 tas foris mittit timorem. quōz timor

penam h̄t. **Q**ui autē timet nō est pfectus in caritate. **N**os ergo diligamus teū. quōd deus prior dilexit nos. **H**i quis dixerit quoniam diligo teū. et frēm suū oterit mendax ē. **Q**ui enī nō diliget frēm suū quē uidet. teū quē non uidet quomodo potest diligere. **E**t hoc mandatū habemus a deo. ut qui diligat teū. diligat et frēm suū. **E**go ḡr̄ dixi dñe miserere mei sana aīaz meā quia peccavi tibi. **B**eatius qui intelligit sup egenū et pauperem in die mala liberabit eū dñs.

**A**lla. Verba mea aurib; p̄cipe dñe intellige clamorem meum. **S**ecundum L̄ucam

**I**n illo ē. **D**ixit i. d. s. Estote misericordes. sicut et pater uū misericors ē. **N**olite iudicare et nō iudicabimū. **N**olite condemnare et nō condemnabimū. **D**imittite et dimittet uob. Date et dabit uobis. Mensurā bonā et confertam. et coagitatam et superfluentē dabunt insinum uēm. **E**cadem quippe mensura qua mensi fueritis remittere uobis. **D**icebat autē illis et similitudinem. **N**unquid potest cecus tecū ducere. **N**onne ambo in foueam cadūt. **N**ō est discipulus sup m̄gr̄m. pfectus autē

omnis erit. si sit sicut m̄gr eius. Qd aut̄ uides festucā in oculo fratris tui trahem autē que in oculo tuo ē nō consideras. Nut quomō poteris dicere fr̄i tuo. frat̄ sine eiciam festucā de oculo tuo. ip̄e trahem in oculo tuo nō uides. Hypocrita eice p̄mū trahem de oculo tuo. et tunc p̄spici es ut educas festucā de oculo fr̄is tui.

**I**ntende uoci orionis mee rex meus et d̄s offer meus quō; ad te orabo dñe **N**ostrias **s**ec̄r̄ n̄as dñe tibi dicatas placatus assume et ad p̄petuū nobis tribue puenire subsidiūm. p. **N**ariabo oia mirabilia tua letōm tabo et exultabo in te psallam nōi tuo altissime. **T**antis dñe repleti muneribz p̄ea **zplin.** quis ut et salutaria dona capiam. et a tua nūq̄ laude cessem. p. **I**ncepit officiū misse **s**acratissimi sanguinis dñi n̄i ihu xp̄i. **I**nt.

**O**ibauit eos ex adipe strumenti allā et de petra melle saturauit eos allā alleluia allā **v.** Exultate deo adiutori n̄ro uibilate deo iacob. **O**ratio **D**eus qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tue memoria reliquisti tribue q̄s ita nos corp̄is et sangnis tui sacra misteria uenerari ut redemptionis tue fructū in nobis uigiter sen

ciamus. Qui viuis et reg. **No corinthios**

**F**iles. Ego enim accepi a domino quod et tradi-  
di uobis. quos dominus noster ihesus christus in quo  
nocte tradebat accepit panem et gratias agens  
fregit et dixit. Accipite et manducate hoc  
est corpus meum quod pro uobis tradet. Hoc sa-  
cite in mea commemoratione. Silit et calice  
postquam cenauit dicens. Hic calix nouum tes-  
tamentum est in meo sanguine. Hoc facite  
quocumque sumitis in mea commemora-  
tione. Quocumque enim manducabitis  
panem hunc et calice bibetis. morte domini an-  
nuntiabitis donec ueniat. Itaque qui cum per  
manducauit hunc panem vel biberit calice  
domini indignus reus erit corporis et sanguinis  
domini. Probet autem seipsum homo. et sic de pane il-  
lo edat. et de calice bibat. Qui enim mandu-  
cat et bibit indignus iudicium sibi mandu-  
cat et bibit non diuidicans corpus domini. **g**

**O**culi omnes in te sperant domine et tu das illis escas in  
tempore oportuno. **A**pertis tu manu tuam et imple  
omne animal benedictione. **A**lla. **C**aro mea uere est  
cibus et sanguis meus uerum est potus qui manducat  
meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet

**L**auda syon saluatorem. **S**equentia et ego in eo.  
lauda duce et pastorem in ymnis et canticis.  
**Q**uantum potes tantum gaude quia maior ois laute

nec laudare sufficit **L**audois thema spiritualis  
 panis viuus & uitalis hodie pponit. **Q**uē in sa-  
 cre mensa tene turbe frattū duodene datum nō  
 ambigit. **S**it laus plena sit sonora sit iocunda  
 sit delecta mentis iubilatio. **D**ies enī solennis  
 agit in qua mense pma recolit̄ huius institutio.  
**I**n hac mensa noui regis nouū pascha noue le-  
 gis phase uetus trūnat. **V**etus tate nouitas um-  
 bram fugat uitas noctē lux eluminat. **Q**uod  
 in cena xp̄s geslit̄ faciendū hoc expressit in sui  
 memoriam. **D**octi sacerdis institutis panez &  
 vīnū in salutis consecravit hostiā. **D**ogma dat̄  
 xp̄ianis q̄ in carnē transit panis & vīnū in san-  
 guinē. **Q**uod nō capis q̄ nō uides animosa  
 firmat fides p̄ter retū ordine. **S**ub diuisis speci-  
 ebz signis tamen & nō rebz latent res eximie.  
**C**aro cibz sanguis potus manet tamen xp̄us  
 totus sub utraq; specie. **A**sumiente nō concisus  
 nō confractus nō diuisus integer accipitur.  
**S**umit vnius sumūt mille q̄ntū isti tantū il-  
 le nec sumptus consumit. **S**umūt boni sumūt  
 mali sorte tamen inequali uite ul' interit? **M**ors  
 est malis uita bonis uide paris sumptionis q̄;  
 sit dispar exitus. **F**racto temū sacramēto ne  
 uatilles si memento tantū esse sub fragmēto  
 quantū toto tegit. **N**ulla rei fit scissura signi  
 tantū fit fractura qua nec status nec statuta sig-

ti minuit. **E**cce panis angelorum factus ab iuia-  
torum uere panis filiorum non mittendus canibus.  
**I**n figuris prefignat cui usque ad agnus pas-  
ce deputatus datur manna patribus. **B**one pastor: pa-  
nis uere ihu noster miserere tu nos pasce nos tuere  
tu nos bona fac uite in terra uiuentium. **T**u quoniam  
cuncta scitis et uales qui nos pastis hic mortales tu  
nos ibi cōmensales coheredes et sodales fat-  
sanctorum cuius. **A**men. **S**econdūm Johanne  
**I**n illo est dixit ihesus domini servus et turbis uideor.  
Caro mea uere est cibae et sanguis meus  
uere est potus. Qui manducat meam car-  
nem et bibit meum sanguinem in me ma-  
net et ego in eo. Sicut misit me uiens  
pater et ego uiuo propter premum. Et quoniam man-  
ducat me et ipse uiuet propter me. **H**ic est  
panis qui de celo descendit. Non sicut  
manducauerunt pres uiri manna in deser-  
to et mortui sunt. Qui manducat hunc  
panem uiuet in eternum. **S**icut uiens offe-  
runt me pater et ego uiuo propter premum et qui manducat  
me et ipse uiuet propter me allia allia. **E**cclie tue secer-  
sus domine unitatis et pacis. precius dona co-  
cede que sub oblatis munib; multe de-  
signant. **P**ro. **Q**uociescumque manducabi cōm-  
tis panem hunc et calice bibetis morte domini annū-  
ciabitis donec ueniat itaque qui cumque manduca-

**II off.** Sacerdotes incensu domini et panes offerunt deo et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomini eius allia prefatio  
de nro. eo. panem de celo dedisti nobis domine hinc et deliciamentum et omnes saporem suavitatis

uerit panē uel biberit calicē dñi indignē reus  
erit corporis & sanguinis dñi alleluia. *aplī.*

**F**ac nos qūs dñe diuinitatis sempit-  
na fruitione repleri. quā preciosi corporis  
& sanguinis tui t̄p̄alis pceptio p̄figurat.

**Q**ui uiuis. *Dñica scđa post pent̄. Introit̄.*

**F**actus ē dñs p̄tector meus & eduxit me in  
latitudinē saliuū me fecit q̄oꝝ uoluit me  
*S*oꝝ diligam te dñe fortitudo mea dñs firmam̄  
tum meū & refugiuū meū & liberator meus. *Oro*

**S**ancti nōis tui dñe timore p̄it & amo  
rem fac nos habere ppetuum. quia  
nūq; tua gubernatione destituis. quos  
in soliditate tue dilectionis instituīs. *P.*

**R**m̄. *H*olite l̄cō eplēbā ioh̄is aplī.

**R**emirari si odit uos mūdus. *R*os  
scimus q̄oꝝ translati sumus de morte  
ad uitam. q̄oꝝ diligimus fr̄es. Qui n̄  
diligit manet in morte. *Omnis q̄ odit*  
fratrem suū. homicida ē. *Et satis quia*  
oīs homicida nō habet uitā etiā in  
semanente. *In hoc cognouim̄ caritatē*  
dei. q̄oꝝ ille p nobis aiām suā posuit  
in os p fr̄ib; debemus aiās nūas ponē.  
Qui habuerit substantiā mūdi huius.  
iudicet fr̄em suū necessi. h̄re & clause-  
rit uultra sua ab eo. quomō caritas dei

manet in eo. **S**ilioli mei nō diligam' ubo  
neq; lingua. s; opere i uitate. **A**ddūm ḡ  
cū tribularer clamau i exaudiuit me. **D**ñe libe-  
ra aīaz meā a labiis iniquis i a lingua dolosa.  
**A**lla. **D**ñe d's mīs in te spāui saluū me fac ex-  
oib; pseqntib; me i libera me. **S**cđm lucam.  
**T**h illo ē. d. i. d. s. pabolam hanc. **H**omo q-  
dam fecit cenā magnā i uocauit mltos.  
et misit seruū suū hora tene dice inuita-  
tis ut uenirent. quia iam pata sunt oīa.  
Et ceperunt om̄es simul excusare. **P**rimū  
dixit illi. **V**illani emi. i necesse habeo exi-  
re i uitere illam. **R**ogo te habe me excusa-  
tum. **E**t alter dixit. **I**uga boum emi qn q;  
i eo pbare illa. **R**ogo te habe me excusa-  
tum. **E**t aliis dixit. **O**xorem duxi. i iteo  
nō possum uenire. **E**t reūsus seruus nū-  
ciauit het dñō suo. **T**unc iratus paterfami-  
lias dixit seruo suo. **E**xi cito in plateas i  
uicos ciuitatis. i paupes ac debiles cecos  
i clautos introduc huc. **E**t ait seruus.  
**D**ñe factū est ut impasti. i adhuc locus  
est. **E**t ait dñs seruo. **E**xi in uias i sepes  
i compelle intare. ut impletat domus  
mea. **D**ico aut uobis. q; nemo uirorū il-  
lorū qui uocati sunt. gustabit cenā meā.  
**D**omine conitere i eripe aīaz meā saluū **offer**

me fac ppter misam tuā **O**blatio nos<sup>do</sup> ~~secū~~  
 mine nomi tuo dicanda purificet. et dedi  
 e in diem ad celestis uite transeat actio  
 nem. p. **Q**uantabo dñō qui bona tribuit cōm  
 michi et psallam nōi dñi altissimi **S**um ap̄ln.  
 ptis munerib; dñe quīs ut cum freqnita  
 tione misterij crescat nre salutis effect? p.

**R**espice in me et misere **D**ñica uū. p' penth.

**R**eme dñe quō; enītus et paup sim ego ui  
 te humilitatē meā et labore meū et dimitte oīa  
 pcta mea deus meus. **V**nde dñe leuaui aīam  
 meā deus meus in te confido n̄ erubescar. **O**ro

**D**protector in te spantū deus. sine quo  
 nichil ē ualidū nichil sanctū. ml  
 tiplici sup nos mīam tuā. ut te rectore  
 te duce sic transeam p bona tpalia ut n̄  
 amittamus etiā. p. **L**e p̄le b. petri apostoli

**R**ūmū. **H**umiliamini sub potenti ma  
 riū dei. ut nos exaltet in tpe uisita  
 tionis. **O**mniē sollicitudinez uestram  
 picientes in eū. quō; ipsi cura ē de nob.  
**S**obriū estote et uigilate. quia adūsariūs  
 ur̄ diabolus tamēq; leo rugiens. circuit q  
 rens quē deuoret. **C**ui resistite fortes in  
 fide. **S**cientes enim dē passionē ei⁹ q; in mū  
 do est uīe fraternitatis fieri. **D**eus autē  
 oīs grē qui uocauit uos in etiā suā

giam. in xp̄o ih̄u modicū passos. ip̄e pfī-  
ciet confirmabit solidabitq; ipsi glia et  
imperii. in secula seculorū amen. **gradūle.**

**I**acta cogitatū tuū in dñō. & ip̄e te enutriet. dū  
clamarem ad dñm exaudiuit uocē meā ab hys  
qui appropinqnt michi. **Alla.** Deus iudex iu-  
